



D. FRANCISCI
SALGADO
DE SOMOZA,
TRACTATUS
DE REGIA PROTECTIONE
VI OPPRESSORUM APPELLANTIUM
à caufis & Iudicijs Ecclefiafticis.

D. FRANCISCI
SALGADO

DE SOMOZA,
JURIS UTRIVSQUE ANTECESSORIS,

Et in Amplissimo Regiôque Senatu Gallæciæ Advocati,

TRACTATUS

DE REGIA PROTECTIONE

VI OPPRESSORUM APPELLANTIUM

in casibus et judiciis Ecclesiasticis

*Vtrique Reipublice, tam Ecclesiasticæ, quàm temporali, valde utilis: necnon supremis regalibus
Prætoris, unctisque Tribunalibus Ecclesiasticis omnino necessarius.*

In quo fortissimè præxi, præcipue Ecclesiasticæ & bonæ fidei illa adhibeantur

*Opus equidem præclarissimum, à plerisque petita, & ab omnibus in universum desideratum: non sine magno labore
& experientia digestum, prædiligens & accurate illustratum: antè in duas partes
divisum, nunc verò in unum corpus redactum.*

Com Summaris & duplici Indice Latino Parisiæ & Ca. summatimò verum singularium latè præsertim.

Es de la Libreria del A. Coll. de las EDITIO QUARTA.
comp. de los des
Salamanca



LUGDUNI
Sumptibus LAURENTII ANISSON.

M. DC. LXIX.

SUPERIORUM PERMISSU



INDEX PARTIUM, ET CAPITULORUM; quæ in hoc Opere continentur.

P A R S P R I M A.

Epilogus proœmialis. pag. 1

C A P. I.

UA sit supremi Principis potestas, quoniam jure sustineri valet in adimendavi, à iudicibus Ecclesiasticis illata, & de ejus origine, & principio; ubi plura fundamenta (cum utilia, cum protectionis justificationi omnino necessaria,) inseruntur, hæcenus à nemine considerata. 5

- Prælium primum. 9
- Prælium secundum. 13
- Prælium tertium. 14
- Prælium quartum. 28
- Prælium quintum. 30

C A P. II.

De modo procedendi per regium Senatû in adimenda vi ab Ecclesiastico iudice illata, non deferente iustæ appellationi, & de variis formulis, quibus decreta concipiuntur, & quid si excommunicatû (pro ut rogatur) recuset absolvi, an ad id cogatur, & an actorum inspectio in Senatu interim impediatur, & quid si secundæ iustioni (quam *obrevata* dicimus) non obtemperaverit. 49

Decretum formulæ. 67

§. I.

Per delationem, atque repositionem, an & quemadmodum regie provisioni iudicem Ecclesiasticum satisfecisse dicatur, & quid si semel repositû revocaverit. 74

§. II.

De provisione processus non integri (*de autoris dimissio* à pragmaticis dicta) & quando concedi, & quomodo concedenda. 78

§. III.

Quod jus, seu solum, an Rotæ, an tribunalis Ecclesiastici, quâvis opinionem Regius Senatus attendere debeat in articulis violentiæ, & an in dubio iudicem vim fecisse decernatur. 80

§. IV.

Provisio expedita vigore decreti Regij, quo vim fieri est declaratû, quemadmodû in iudiciâ sit iudici degenti in alterius tribunalis districtu, & à duobus iudicibus adinvicem procedentibus, existentibus in

diveris tribunalium districtibus, emissarû appellationum pro delatione quod tribunal adeundum. 83

§. V.

De his causis, & negotiis, quibus denegatur recursus ad suprema Prætoria per hanc viâ violentiæ. 84

C A P. III.

Appellanti ab aliquo gravamine, quo finem suæ iudex jurisdictioni imponit, vel aliter expirat, ita ut ea penitus ad reponendum careat, vel quando post gravamen illatum iudex abiit, vel obiit: quemadmodum supremus Senatus per viam violentiæ aditus; consulere queat. 91

C A P. IV.

Ab Ecclesiastico iudice aliquid reponente mandato & virtute provisionis Regij Senatus ad quem per viam violentiæ itum est: appellationi emissæ non deferens an vim faciat. 101

C A P. V.

Oppressus qui usus est regio decreto conditionali (quod pragmatici *tertium genus* vocant) an possit postmodum suam prosequi appellationem, & ejus virtute iudex inhiberi inferior, ubi latè de natura decreti conditionalis, & quibus casibus locum habeat. 103

C A P. VI.

Appellationis legitime denegata delatio, & attenuata exequutio, seu ad ulteriores processus præcisè, an simul requirantur, ut violentiam adesse declaratur; & quid si adesset subsequuta exequutio dumtaxat, præcedente tamen delatione appellationis; & quid in actis negativis. 112

C A P. VII.

Regia intimata ordinaria, & pendente recursu ad Regem; an iudex Ecclesiasticus superfedere teneatur; ica ut interim ab eo gesta, nulla, & attentata dicantur; & an termini interdum suspendantur; in quo quid Rota consuevit referatur. 119

C A P. VIII.

Dato semel in Senatu decreto super violentia ex actorum inspectione, illis tamen ciminutionem postmodû eis integris, possit ejusdem appellationis virtute, super eodem articulo, & Regius iterum haberi recursus per hanc viam violentiæ. 126

P A R S S E C U N D A.

C A P. I.

A Sententiis merè interlocutoriis, vel vim definitivæ, damnâ irreparabile, vel præjudicium causæ principali habentibus: an, & quando iudex Ecclesiasticus vim facere dicatur, appellationi non deferens, ad clariorem intelligentiam legis Regiæ, & decreti Tridentini. 133

C A P. II.

Appellationi gravamen procedenti, ut conditionali, nisi, &c. seu etiâ minus legitima, ubi aliâ licetè interpretari poterit: an iudex non deferens vim faciat; *de Privilegiis, Reg.*

ciat; & quo tunc decreti genere uti solet Senatus. 137

C A P. III.

Quando duo gravamina ita se habent, ut unû veniat in cõplémentum, effectum, seu exequutionem alterius si est omissum appellari à primo, an à secundo appellationi interjectæ iudex non deferens vim faciat. 165

C A P. IV.

Quando & quibus casibus iudex Ecclesiasticus vim faciat: non deferens appellationi interpositæ à carceratione, seu detentione, ut qualis ea iniusta sit intelligatur, & quid ab ejus relaxatione. 167



TRACTATUS
 DE REGIA PROTECTIONE
 VI OPPRESSORVM
 APPELLANTIVM.
 EPILOGVS PROOEMIALIS.



V M protectio : & subditorum defensio cum ipso sit simul Regno
 ab origine orta , itaut Regni objectum sit , & causa finalis a : Re-
 gnum siquidem propter protectionem vi oppressorum , non pro-
 tectio propter Regnum , aut Regem creatum est à Rege Regum ,
 & Domino dominantium Deo : ab ipsoque supremis Principi-
 bus temporalibus ita sit datum b : efficit , ut Vassallorum de-

*2. Divi Ioh. cap. 1.
 h. m. part. 1. n. 44.
 & n. 53. 55. & c.
 2. n. 25. cum seqq.
 h. c. 1. precludo 1.
 n. 40. usque ad
 fin. precludo 1.
 c. a. num. 92. in d.
 cap. 1.
 d. c. a. 1. n. 35. &
 sub n. 87. & n. 97.
 & n. 310. & c. 2.
 n. 37. cum pluri-
 bus seqq. & sup.
 & cap. 1. num. 97. &
 cap. 2. a. num. 32. &
 seqq.
 & Agitur in d. c. 1.
 a. num. 78. preclud.
 3. per totum , &
 precludo a. n. 79.
 & 88.
 & a. num. 99. cum
 seqq. ibid.
 h. a. cap. 1. a. n. 96.
 cum plurib. seqq.
 d. c. 1. precludo 2.
 n. 57. & a. n. 70.
 n. d. cap. 1. a. n. 58.
 cum aliis pluribus :
 lo. d. precludo 2.
 i. h. c. dicitur d.
 cap. 1. a. n. 59. usque
 ad n. 60.
 to. a. n. 55. ibid. &
 n. 84. & 88.
 h. d. cap. 1. a. n. 70.
 & 75.
 & De omnibus his
 attributis laicè in
 d. c. 2. precludo 2.
 a. n. 70. usque ad 77.
 P. Disputatur in
 cap. 2. a. n. 6.
 q. Laicè precludo
 4. d. cap. 1. a. n. 18. c.
 & seqq. & de su-
 prelatibus precludo 3.
 num. 84. & supra-*

fensio providè meritoque proprium Regis officium dicatur c ,
 attributum naturale inherens visceribus regiminis , & qualitas infixæ ossibus , ac sub-
 stantia diadematis , ita ut regimen ; & protectio unum sit effectum continens , in-
 dissolubile , & inseparabile ; quæ nec à Rege tolli possunt , nec à regimine (cujus
 est anima) separari ; nisi simul & cum Regno eradiceatur d ; quia de regalibus
 est in signum competens supremæ potestatis , quam sequitur sicut umbra corpus
 & qualitas subiectum e , quam Protectionem omni jure , naturali f , divino g , &
 positivo , tam Canonico , quàm Civili h , Rex supremus exhibere adstringitur vas-
 fallis oppressis , non solum laicis , sed multo fortius Ecclesiasticis personis i ; tum
 tanquam Dei Ministris , & majori defensione indigentibus , non utentibus mate-
 rialibus armis , sed spiritualibus tantum ; nempe , lacrymis , jejuniis , orationibus
 carnisque maceratione , & sui ipsorum abnegationem , necnon modestiam & cha-
 riterem profitentibus : tum etiam , quia sunt pars populi , membra , & cives Rei-
 publicæ temporalis in ordine ad defensionem , & protectionem naturalem k , cujus
 privilegiis gaudent , & ut tales tenentur ad observantiam legis politicæ concer-
 nentis bonum publicum , ut universam laicorum simul , & Clericorum utilitatem
 seu conservationem , non vi compulsiva , sed vi directiva dumtaxat l , ad quorum
 defensionem , & protectionem ex debito officij & merito charitatis m , & omni
 jure tenetur Rex , cujus manus iurus est Ecclesiæ n , pax Clericorum , salus po-
 puli , vira vassallorum , caput subditorum , tutor Reipublicæ , & presidium Chri-
 stianæ Religionis o : ad ipsam igitur omnes promiscuè , tam Clerici , quàm Laici
 necessitate adstricti , & vi oppressi pro auxilio , & defensione naturali merito con-
 fugiunt p , ut propulsentur tollaturque & levetur violentia sibi illata a iudice Ecce-
 siastico , denogante legitimæ appellationi delationem , suamque sententiam inde-
 bitè , & jure reluctante exequente , suis bonis spoliante appellantem , carcerèque , &
 censuris iniquè plerente ; usurpando superioris jurisdictionem , & privando oppres-
 sum naturali defensione ; ne possit ad superioris jurisdictionem , & privando oppres-
 sis , & iniustitiæ q ; quia quemadmodum ipsi appellanti omni jure præcipuè naturali
 sit permissum , ac licitum propulsare violentiam , & resistere iudici exequi volenti vio-
 lenter & de facto contra jus suam sententiam r : multo fortius sibi licitum erit , imò
 urbanius faciet ad Principem Supremum recurrere si qui absque illo scandalo violen-
 tiæ resistat , præster auxilium & defensionem naturalem , cujus proprium officium est ; ex
 hoc enim recursum ad Regem nullatenus infringitur libertas Ecclesiastica , prout nec in-
 directè in minimo diminuitur , nec impeditur Ecclesiastica jurisdictio , sed imò potius
 augetur , & ampliatur s , cum finis hujus charitativi subsidij , & Regij recursum in locum
 directè tendat , ac etiam præcipuè in ejus conservationem , utilitatem & authorita-

ex text. in ant. quæ for. in prin. & quod dicit text. in 4. glo. b. scilicet in 1. de jur. jur. gen. & civit. Greg. Lopez in l. 1. in verb. publico clamor. in fo. tit. 10. p. 2. & Thomas Gramm. de decif. 100. in casu 1. ubi dicitur. num. 18. & ob hanc rationem beatus Paulus se nuncupavit civem populi Romani, quia ejus pater cum Romanis civilitatem contraxerat. s. in adimoriam. 31. d. & ibi glo. & Doctores, Burg. de Paz. in l. 3. Par. 3. 32. & quod veniant clerici appellatione vassalorum Principis naturaliter, & originarie, latissime comprobat Carolus de Grassis, de effectib. cleric. effect. 2. à n. 361. usque ad n. 379. infinitas allegans, ubi plurima congerit, videndus.

60 Et ex hac ratione provenit laudabilis illa consuetudo regni Hispanie. Prælatos scilicet, ac personas Ecclesiasticas teneri ad juramentum fidelitatis Regi præstandum in recognitionem Domini, ac capitis in temporaliibus. Alvar. Valla. consil. 160. in fin. Francisc. Top. de præstare p. Principi secularis. 4. 3. n. 33. & post Barda. in el. fuero de prælatu. n. 10. Carolus de Grassis in tract. de effectib. cleric. in præd. n. 376. post Valascam ibi. n. 6. tenet Sese in Epist. ad Regem. n. 114. Olivian. de jur. fisci. cap. 7. n. 7. & est l. 3. tit. 1. p. 1. ibi. Ad esto debent fieri omnia, & in mar. corridor bonis del. Reyno que y fueren; effi. como los Prelados y Ricos homes, &c. & ibi Greg. ver. los prelatos. Camil. Botrel. de Reg. Cath. præf. c. 64. qui referat hoc etiam privilegium concessisse Joann. Pontificem XXII. Regibus Hispanie, ac ideo licet clerici sint excepti etiam in casibus temporalibus à jurisdictione Regia, nihilominus non tam absolute, quam ratione subjectionis, & ut cives reipublice temporales, ac imbrabra illius, subint Principi temporali in ordine ad bonum publicum, & rectum regimen totius communitatis. Navar. in manual. l. 23. n. 88. Soto in 4. d. ff. 3. g. 2. Molin. de just. & jur. l. 1. tom. 2. dist. 1. at. 31. vers. sexta conel. Bellarm. lib. 1. de clericis. r. 28. Salced. in audir. ad Bernard. Diaz. cap. 5. num. 5. Prosop. Farinac. in tract. criminum. tit. de inquisit. q. 8. n. 30. ergo Princeps supremus tenetur Clericos defendere, & à violentiis protegere, quemadmodum ceteros judices, & Reipublice Vassallos.

63 Ex qua ratione provenit, quod cum clerici dicantur cives reipublice, privilegium concessum terræ, patriæ, & reipublice, non solum laicos, sed etiam clericos comprehendit, Rom. in cons. 180. num. 2. Vell. in cap. Eccles. S. Ad. num. 76. de institut. Oldrad. in cons. 32. Mart. de jur. 2. d. 4. p. com. 1. c. 63. sub n. 5. & 6. latissime Grassis de effect. cleric. effect. 2. n. 381. & latè à n. 361.

64 Et ex hac doctrina, & ab omnibus recepta conclusione, ut clerici subjaceant Principi temporali, ut cives, & membra reipublice, procedit, ipsos teneri ad observantiam legis politice, & gentis bonum universum, & publicum communitatis hæcorum, & clericorum, prout gravissimum Doctores cum tenent, tam Theologi, quam Juriste, Menoch. consil. 1000. Bellarm. lib. 1. de cleric. quæst. 28. vers. tertia propositio. Avenda. de exequend. mand. l. 1. c. p. 14. n. 19. Mexia ad pragmaticam Reg. am. conel. 5. n. 41. Menchaca lib. 1. de successione. creatio. 3. 10. num. 648. & ita fuisse iudicatum tenet Chaquet. decif. Pedemont. 181. Menoch. consil. 800. n. 21. lib. 8. & probat lex 34. tit. 6. p. 1. & l. 52. tit. 5. p. 1. l. 2. tit. 25. l. 5. incipit. ibi. Clericos y personas Ecclesiasticas como seglars. Probant etiam DD. Iupracitati sub. n. 59. latè plura per Grassis in tract. de effectib. cleric. effect. 2. num. 130. & 131. & à num. 166. fol. 340. & iterum à n. 265. plurimos citat.

65 Quia lex temporalis ratione directivæ obligat etiam clericos, quatenus universaliter tangit, & respicit bonum publicum, & commune hæcorum, & clericorum, quia iustam est, & rationi consonam, ut pars subjiciatur conservatoriæ, & utilitati totius universi, prout est reipublice temporalis. Covarr. in regul. possess. l. 1. p. 5. g. vers. 3. Menoch. d. consil. 800. & consil. 1000. Suid. consil. 301. vol. 3. Gutier. lib. 1. p. quæst. 57. Saerment. lib. 7. Suetar. consil. 13. num. 1. Mart. de jurif. d. 4. p. 9. l. 1. n. 7. Salgado de protec. Reg.

num. 6. Hieronym. Gabriel. consil. 37. num. 5. lib. 2. Vincent. de Franch. decif. 9. n. 3. ubi allegat Didacum Perez in l. 2. tit. 2. lib. 1. ordinarum. & post Bernard. Diaz. Bobadill. in part. l. 2. c. 18. n. 2. cum seqq. & statim citandi probant, & Grassis in levi. prælim. citat.

66 Quia licet clerici exempti sint à localitate Regia jurisdictione, ut notum est, tamen leges Regias respicientes bonum publicum totius communitatis tenentur observare vi directivæ, dummodo non tendant in præjudicium libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ, ita eleganter Victoria in relectione de possessione Ecclesie. num. 4. Morla in emp. jur. 1. p. tit. 2. de leg. 1. 9. ubi fundant hanc doctrinam, tenet etiam Cevallan. tract. de cognitione per vim violentiam. præmiss. 4. in prin. & per totum præcipue à 1. 10. ubi dicit, quod ex eo quia clerici sint cives reipublice temporales, tunc lex civilis, quæ respicit universam bonum, & commodam reipublicæ, servanda est ab omnibus, ut tradit Abb. in c. Eccles. n. 10. & 21. de consil. Menoch. d. consil. 1000. 20. in 10. Pet. Sured. consil. 1. num. 8. vol. 1. 3. Et est ratio, quia sicut clerici in spiritibus talibus tenentur iura Pontificia servare, ita in temporalibus à civilibus functionibus, concernentibus bonum commune omnium civium, discedere non debent, ita Diodor. de doctri. Christiana. lib. 1. c. 4. propositio. 4. S. Thom. de regim. Principum. l. 1. c. 12. Bellarm. 3. c. 6. Salced. ad Bernard. Diaz. n. 5. vers. sed ut liberè dicantur leges enim, & statuta, quæ sunt ad Regni gubernationem, & conservationem, etiam Clericos alligant. Radin. de Major. Prin. verb. non solum armis decoratum. 2. p. n. 166. cum seqq. Deci. in c. Eccles. sancte Martine. n. 4. de consil. Christophide Paz. de tenur. 2. p. 1. 63. 14 plurimos citat Grassis in levi. prælim. citatis, ubi eleganter plures congerit doctrinas, ad propositam videndus.

67 Quia aliud est condere legem particularem circa honorem clericorum, vel generalem, quæ comprehendat omnia temporalia tam hæcorum, quam clericorum; nam in primo casu procedit argumentum, & ratio illius; in secundo vero non, quia lex non respicit in particulari bona clericorum, sed universa bona consistentia in reipublice temporali, quæ sunt sub dominio, & protectione Regis, quod bonum publicum totius communitatis, & sic valida est talis dispositio, & lex, cum non cõcernat personas principales, nec accessorie clericorum, sed bonum publicum totius communitatis, ad eorum mutuum societatem, & uniformitatem, & sic in hoc casu omnes clerici obligantur, quod vim directivam, in quo omnes Catholici conveniunt, ut tradit Suarez ubi supra, de leg. lib. 3. cap. 34. Et ratio est, quia uniformis observantia talium legum est necessaria ad pacem reipublicæ, & ad observandam inter cives æqualitatem, latissime Grassis de effectib. cleric. effect. 2. à n. 161. & 265.

68 Ex qua ratione tenendam est, clericos ad observationem pragmaticæ tunc panis teneri sub pœna peccati, & restitutionis, ut docet Joann. Gutier. lib. 2. 1. p. quæst. 18. n. 1. Soto in 4. sententia, distinct. 25. q. 2. art. 2. Morla in sup. Empor. in tit. 2. de jurif. d. 11. n. 12. & in tit. de legib. q. 16. n. 15. Francisc. Vivius decif. 18. per totum, & Ceval. in Epist. ad Regem nostrum. n. 23. & in lib. 4. cap. 9. 899. n. 147. quia illa lex obligat omnes sive ex vi jurisdictionis, quia respicit bonum publicum, sive ex vi rationis directivæ, vel ex utraque causa; latissime prosequitur Alder. Mascax. de int. præ. statum. conel. 10. limi. 6. à num. 340. cum seqq.

69 Et licet contra hanc rationem, & fundamentum, reprobando Ceval. calcet aliud sese in Epist. ad Regem, n. 112. cum seqq. nihilominus ut vera, & recepta ab omnibus tenenda est, & licet clericum obliget in vim rationis directivæ, tamen quoad punitionem, & pœnam impositione extractionem, iudex secularis non est competentens, sed Ecclesiasticus, ita Bellarm. lib. 1. de cleric. cap. 28. vers. tertia propositio. Solla ubi supra, fol. 36. Covarr. in præf.

propr. l. 1. §. 4. v. 7. Sarmica lib. 1. Selester. c. 8. Radin. de majestate Principum, n. 77. Sord. supra, n. 31. Mart. de jurisd. p. cent. 1. cas. 2. n. 33. & supra. Vidē optime Grassi de effectib. cler. effectus 2. n. 130. & 131.

70 Et ex hac ratione premissa, ut Princeps supremus in temporalibus alium non recognoscens teneatur exhibere, & prestare solum auxilium, & protectionem Ecclesiasticis personis oppressis, & violenter à suis iudiciis affectis sequitur, ut manus Regia murus sit Ecclesie, ita eleganter Bellog. in specul. Princip. rubr. 11. §. 1. *Nulla d. 100.* & est text. in l. 1. tit. 3. lib. 2. recopil. lib. 1. à los Reyes, y Principes vocando Dios la defension de la Santa Madre Iglesia, &c. cui convenit l. si quis in hoc genus, §. si que, c. de sacros. Eccles. lib. 2. Sit cuiuslibet factis Sacerdotibus injurias, veluti crimen publicum prosequi, l. Episcop. c. de Episc. audien. Mart. de jurisd. l. p. c. 49. n. 15. ubi citat l. Sanctissimarum, prop. su. c. de Episcop. & cler. ubi Insin. mandat omnibus subditis imperio sub pena, ut auxilium, & opem ferant Ecclesiasticis personis, text. etiam in c. eum ad verum, 96. dist. text. in c. Maximianus Episcopus 23. q. 3.

71 Ac ideo omnes Principes temporales tenentur ex debito officij impartiri brachium, auxilium, & protectionem Ecclesiasticis personis, quia ipsi dicuntur Romanæ Ecclesie defensores, ideo Catholicam religionem armis defendere tenentur, cap. bani Principes, 96. dist. dist. cap. tributum, cap. Princ. per 23. q. 3. cap. Christian. 23. q. 1. & probatur etiam in c. 1. de iur. iur. ubi jurant adjuutores Ecclesie Catholice, & prout laudè prosequitur multa addocens Matta y de iur. p. 1. cap. 49. fol. 144. & attributum Principis in protegendo vi oppressos, presentem procedere in Ecclesiasticis personis vi oppressis, dixit Mart. de iurisd. d. 1. p. cap. 48. sub n. 26. reddens rationem, quia res, & personæ Ecclesiasticæ nequaquam in tuto esse possunt, nisi eas & Regia, & sacerdotalis regis potestas, cap. ver 23. q. 3. cap. su. 95. d. quapropter Rex rectè dicitur oppressorum recusus, ut in lib. Regum cap. 12.

72 Reges itaque, Principes, & Imperatores debent tueri Ecclesiam universalem, ac singulas omnes Ecclesias, & Ecclesiasticam libertatem, quia ad hoc sunt in terris dati à Deo, ut per text. in cap. 16. Imperatoribus 23. q. 3. & per alia jura firmat Cardin. Tusc. practic. conclus. litera R. c. c. 333. num. 10. & quod defensio potius conveniat Ecclesie & Ecclesiasticis personis, quia acta non exercent, quàm aliis, & ideo quod Princeps temporalis teneatur Ecclesiam, sive particularem, sive universalem, tueri, & probat Marc. Anton. Genuensis tract. de sacros. seu privis Eccles. q. 53. n. 2. & 3. ubi quod ad hoc auxilium, & protectionem exhibendam jurat Imperator ex element. 1. de iur. iur.

73 Hinc est, quod Reges Hispaniæ, & ceteri Catholice reipublice si premi Principes sunt protectores decretorum Concilij Tridenti, ut ex eo patet in sess. 25. cap. 20. fol. ad pietatem, religionem, Ecclesiasticamque protectionem existant.) Et constat ex d. l. fin. C. de summa Trinit. & fide Cathol. & in auct. quomodo oport. Episc. col. quibus dicitur, Regiam potestatem ad hoc inter cetera esse institutam, ut Sanctorum Patrum decreta saluberrima, executioni denudati faciant, & inviolabiliter observari docet Bellarmin. l. 3. cap. 18. de laicis fol. 1543.

74 Et hanc ad fundamentalem rationem, eleganter resolvit Anton. Cochus lib. 2. Instituta major. tit. 3. de Concil. Occumenico, n. 36. quod Principes possunt per se, & suos legatos interesse, & assistere dicto Concilio, propter quietem, & tranquillitatem, ac respública turbetur tanquam Christianæ religionis protectores, cujus hæc sunt verba ibi: Eruntque hæc Principum secularium partes precipue, ut Concilij quietem, & tranquillitatem auctoritate, ac, si opus fuerit, armis tueantur, foveant, & regant, turbatores longè submoveant, cui si pax, & disciplina Ecclesie solvatur, ille à Principibus

rationem sit exacturus, qui eorum potestatem suam Ecclesiam commendavit.) Hic quod sic observatum fuit in Conciliis Hispaniæ celebratis, ut in eis ad ejus protectionem adfuerit Regum auctoritas, singulorum Conciliorum verbis, & testimonio comprobatur, & latius prosequitur Ceval. in tractat. de cognitione per viam violentia, in promissio, cap. 9. à num. 70. cum sequentibus. Sed præceteris multis citatis rationibus, & authoritatibus exorat Valdes. in tractatu de dignitate Regis Hispaniæ, cap. 1. per totum, & n. 8. Convocator. Concilij Trident. Pij IV. sess. 16. Eugubinus, de reparatione fidei, lib. 7. signo 25. cap. 3. cum sequentibus.

Si enim ex d. l. hoc genus, §. si que, C. de sacros. Eccl. & Mart. supra cunctis sit licitum injurias, & oppressiones factas Sacerdotibus, (ut jus publicum) vindicare, & prosequi, quare magis ipsi Regi hoc permittendum, cui proprium officium est, vi oppressos liberare, & ad hoc, regem à Deo fuit concessum, ut supra diximus, cuiusque principaliter interest, ne hujusmodi oppressiones sint, probat text. in l. 2. tit. 10. p. 2. ibi: Qui ptes et Principe escabeça de todos, que se debe dolo del mal, que recien em offi como de sus miembros, y que entonces sera sumero, y amparo de todos, & l. 2. tit. 1. p. 2. ibi: Como quer que sea Señor de todos los del Imperio, y a ampararlos de fuerza & mantenerlos en justicia, & probatur in lib. 26. tit. 14. p. 2. ibi: El Rey es cabeza ynda y mancomento de los vasallos, y el quien no servirte à su Rey, quitaria à Dios su Picarín, y al Rey su cabeza, y al pueblo su vida.

Principes enim sunt tutores reipublice, ut dicit Seneca lib. 1. cap. 4. de element. ad Nerone, & Franc. Top. tract. de potest. Princ. sacros. §. 5. num. 36. Plinius Secund. lib. 10. Epist. 15. enim tutor est, debet ei tute. definitio quadrare, de qua in §. 2. Inst. de tutel. ibi: Est autem tutela (ut Servius definit) vis ac potestas in capite libero ad tuendum eum, qui per aetatem se defendere nequit, &c. ergo Rex tenetur tam clericos, & Ecclesias, quàm laicos tueri, cum sint pars, membra, & cives reipublice temporalis, que sub tutela Regis est, in d. & Princeps vassallos uti filios, & nepotes tractare debet, Ioann. de Platea in l. neminem, in pr. c. de decanionib. lib. 10. glos. in l. amovior, C. de serv. expor. Rolan. à Valle cons. 1. num. 114. lib. 1. Cravet. consil. 9. num. 33. & cons. 241. num. 8. Tusc. ubi proxime. num. 16. Principes insuper supremus iudex conservator dicitur, ad tollendas violentias, & injurias notorias suorum vassallorum, ita eleganter Tuschus in tract. de visitatione cap. 31. num. 5. ibi: Rex est iudex conservator suorum vassallorum, ut nemini injuria fiat, & ne aliis injuria inferatur, Conservatoris enim officium est violentias, & injurias notorias tollere, & reprimere, text. in cap. 1. & cap. fin. de off. deleg. 1. in 6. Concil. Trident. sess. 1. cap. 5. & cap. 14. de quo latius erit agendum infra §. p. c. sexto, & melius probat ipse Tuschus in lib. 2. cap. 21. num. 15. & 16. ex Gratia, decis. 78. & aliis, quem sequitur novissimè Moneta in tract. de conservatoribus, cap. 3. sub num. 2. ubi alia adducit in proposito, ut Princeps dicatur conservator suorum vassallorum. Et quod Princeps teneatur defendere à violentiis judiciū Ecclesias, Ecclesiasticasque personas, jure naturali, divino, canonico, & consuetudine immemoriali, probabimus in sequenti Præludivo, quoniam ut supra diximus, ex Belluga, manus Regia murus est Ecclesie, pax clericorum, salus populi, vita vassallorum, capite subditorum, tutor reipublice, propugnaculum, & præsidium Christianæ religionis.

PRÆLUDIVM III. SUMMARIUM.

Princeps temporalis supremus omni jure naturali, divino, & positivo, & consuetudine immemoriali tenetur



I N D E X


C O P I O S I S S I M U S R E R U M ;

& Verborum; quæ in hoc Volumine continentur.

P, paginam denotat : N, numerum marginalem.

A

Abbas.



ABBATES & Prælati in suis Religiosis quorum sunt iudices Ordinarii, jurisdictionem ordinariam habent, & de eorum causis cognoscunt, pag. 86. numero 11.

Abbas sibi contrarius arguitur, p. 160. n. 19.

Abbatibus in sua Ecclesia non præcedunt capitulum Cathedralis, p. 243. n. 68.

Abbatia.

Abbatibus, Prioratus, & aliorum Regularium præfectura virorum sunt consistorialia beneficiis, pag. 433. num. 253.

Abdicare.

Abdicare à se qui tenetur aliquod ius si monitus abdicare nolit, habetur pro abdicante, & proceditur ac si abdicasset, p. 339. n. 3.

Absentia.

Licentiam Absentiæ ab ordinario negante appellationi emissa, an sit deferendum, p. 308. n. 27.

Beneficiatus Absente an possit pendente appellatione à denegata licentia, p. 308. n. 28.

Licentiam Absentiæ non sufficit petere, sed & obtinere, p. 308. n. 25.

Absolutio.

Absolutio generalis non suffragatur violatoribus Ecclesiasticæ libertatis, p. 280. n. 41.

Inspectionem processus non suspendi ab denegata Absolutionem, veritas defenditur : & an cogi possit præcisè Ecclesiasticis adimplere cogitum absolutio- nis, p. 64. n. 155.

Absolutio excommunicati nec consequenter, nec antecedenter est necessaria, ad tollendam violentiam, nec in aliquo est impedimentum ejus negotio, p. 65. n. 262.

Absolutio quando data dicitur cum effectu, & an per procuratorem, aut literas sufficiat, & an censuræ aliter quam per absolutorem tolli possint, p. 73. n. 44.

Absolutio ad reincidentiam ad tempus potest dari, ibid. n. 45.

Absolutus ad reincidentiam virtute provisionis, de ruego, per sexaginta dies, si intra illos decretum violentiæ detur, an illis transactis absolute egere, ibid. n. 46.

Absolutus ad reincidentiam per sexaginta dies, si violentiam adesse ob non delatam appellationem declaratur intra illud tempus, nova absolute indiget, ibid. 147.

Absolutus per sexaginta dies virtute quærelæ laicorum, an si vim fieri intra illos sit decretum, termino transacto indigeat nova absolute, ibid. n. 49.

Absolutus per tempus ad reincidentiam si intra illud solvere non potuit, an eo transacto incidat in censuras, ibid. n. 50.

Absolutio & relaxatio ad cautelam potest fieri in omni sententiâ censuræ, p. 196. n. 51.

Absolutio censurarum non suspenditur per appellationem, p. 197. n. 66. & p. 198. n. 67.

Per Absolutionem ab excommunicatione magis consultitur adversario, quia præstat ei cautio, p. 198. num. 58.

Absolutio, & excommunicatio pari passu ambulant, p. 198. n. 69. & 70.

Naturale est cuiquid eo modo dissolvitur, quo colligatum est, ibid. n. 71.

Absolutio ab excommunicatione, qua consequuntur alimenta anime ad bellum spirituale, non suspenditur per appellationem, p. 200. n. 101.

Absolutio à suspensione, & interdicto per appellationem non suspenditur, sicut nec ab excommunicatione, ibid. n. 102.

Absolutio præstita cautione non est differenda per appellationem, ibid. n. 103. & 104.

Absolvere ad cautelam quando possit index appellationis, ibid. n. 106.

Absolvere ad cautelam an possit delegatus, & quando præstanda ista absolutio cum cautione sola de stando iuri & de aliis, & ibid. n. 107.

Absolvere superior an possit visis actis, p. 201. n. 109. & n. 110.

Absolvere potest index ad quem, data contumacia transportandi ad se acta, ibid. n. 111.

Absolutionem ab excommunicatione alteri potest committere index Ecclesiasticus, ibidem numero 117.